

A rent, & annuus esse, & immensus: eos igitur in sicum referendos, necessitate vero postulante, ex Imperatoris thesauris stipendia promenda esse. His verbis Imperatorem sumptuum magnitudine decepit, & parvitate impensarum rursus exillaravit. Itaque pirata optatissima occasione mare tenuerunt, & maritima Provincia latrociniis vexata fuerunt. Nicetas lib.1. de rebus Mamelis.

Constantinus Ducas Imp. decrevit cum nulla genere bellum gente, sed muneribus alique illecebris placare, aut conciliare Romano Imperio, ob solum avaritia studium: quod scilicet in expeditiones plus se quam in munera expensurum judicaret, & quietus pecuniarum acervationi vacaret. Ideo neglecto militum delecto, fortissimum, & strenuissimum quemque conscriptorum ob praemii magnitudinem dimisit. Unde Barbari animosiores facti, & res Romanorum deterrere, & exercitus subjugare non neglexerunt. Sic multae Orientales regiones partim diripiuntur, ac excinduntur, partim hostibus dedebantur. Nec minus Occidentales adversa patiebantur, propter militum paucitatem ac incommoditatem. Culp.

Boleslaus II. Boemorum princeps, occupata Cracovia Crasotam praefectum illic ad reprimendos Polonorum insultus constituit. Mortuo Bosleao successit Boleslaus III. F. qui dum sumptibus parcit, nec subsidia nova mittit, periclitum, & avaritiam Cracoviam amisit, nec multo post a Polonis perdit luminibus privatus est. Dubr. lib.6.

Exulante Mediolano Othone Vicecomite, Martinus Turrianus moritur, & Philippo fratri Reipubl. gubernacula committuntur. Ille confirmatis opibus ad principatum aperte contendens, se praetorem in decem annos creavit, & amicitibus atque conjugibus amicitias sibi parans, dispersis jam atque attritis exulum viribus, ut impense parceret, Ubertum Pallavicinum, exacto stipendio quinque annis a fratre Martino constituto, missum fecit, singulari Turrianis gentis incommodo. Nam ille contumelia accensus, per occasionem, quantis maxime potuit artibus, patriis adherens, Turrianos semper oppugnavit. Iovius in vita Othonis Vicecomitis.

Ludovici Stortiae principis Mediolanensis natura ad res, quae maximos exigent sumptus, suscipiendae propensissima, & contra a sumptibus faciendis vel in summis necessitatibus alienissima, causam ei, ut suas fortunas omnes in summum discrimen adduceret, praebuit. Etenim stipendiorum parvitate factum est, ut paucissimi Germanorum militum ad Gallie regis Caroli VIII. ex Neapolitano regno sibi in patriam viam paratis, exercitum intercludendum, conductorem venirent: eademque de causa, qui cum Galeacio Sanfeverinate erant, paulatim dilaberentur: contraque Galorum copia novis e Gallia delectibus continenter auferentur, qui, quod ad regi suo supplicias ferendas acciti essent, magna celeritate contenebant. Guicciard. lib.2.

Ludovic XII. Gallorum regis coepta bello Neapolitano gravi clade affecta sunt, tum temporum injuria, tum quam maxime eorum, qui a rege commatui, & stipendiorum solutioni praefecti erant, avaritia: qui proprio quaestui intenti, nec ullum fraudis genus praetermittentes, militum numerum imminui patiebantur, neque ut commeatu exercitus abundaret, curabant. Quas ob causas multae aegritudines exercitus invaserunt, & militum numerus plurimum imminutus est. Idem lib.

Clemens VII. Pont. Fran. Armellino avarissimo quaestore usus, ita extenuavit equitum suorum stipendia, ut nemo in militia quidem, nedum corporis atque prerorii custodia dignus conspiceretur. Praeterea quum bellico sumptu mirum in modum auferretur, nihilque magis cuperet, quam milites missos facere, ut arario parceretur, improbantibus cunctis, & detestantibus, dimisit cohortes, fatalique socordia exutus omni praesidio, sese injuria inimicorum, atque adeo hostium, opportunum praebuit. Itaque Pompejus Columna ubi Clementem nudatum omni praesidio conplexit, cum, ut aperit Gallis contra Carolum Quintum Caesarem faverent, urbe pelere cogitavit. Quam rem maturavit odium militum, & populi Rom. ex avaritia Pontificis natum: adeo ut quem jam Pompejum cum validis copiis ad Murense villam, Albanumque lacum pervenisse nunciaretur, vix demum aliquot praetorianos equites emitteret ad explorandum. Qui Caesimotana egressi porta, segni excurfione intra suburbanas vineas facta, quum signa caelestia advertantium hostium facile conplexissent, retrorsus equos verterunt, falso cuncta pacata renunciantes. Dixerat enim decurio, nequaquam longius

esse procurandum, postquam ea essent Clementis stipendia, quibus neque equi hordeo pasci, neque ipsi praecedia, & vestium horde vitam trahere posse viderentur. Eo die turmas cohortesque Pompei urbem ingressas, suo ordine, & composito quidem incedentes gradu, populus Rom. otiose spectavit, atque etiam salutavit, ipsique opifices, ut in nullo metu, nec oculos quidem tabernis, effusi in Tyberinam ripam, sub Janiculo transeuntes specularent, quum a Pompejo praetores in fora, & compita dimissi pronuntiarent: Nemi esse timendum, quando nulla graviore de causa intulisset arma, quam ut Romanum populum avarissimis pontificis tyrannide liberaret. Iovius in Pompejo.

CAPTIVOS REDIMENDO.

Ptolemaeus Cleopatras patruus, Cypri rex, sublatas est, & insula a Romanis occupata, & praetoria provincia facta est. Tollendi regis auctor fuit P. Claudius Pulcher, qui in piratas incidens, quo tempore Cilices vigeant, imperato sibi redemptionis pretio, misit ad regem orans, ut redimeret. Rex quidem precium misit, sed perexiguum, adeo ut piratae id accipere erubescerent: quare pecuniam regi remisit, P. Claudio sine pretio dimisso. Qui liberatis, utriusque gratiam retulit. Nam Tribunus plebis creatus, evicit, ut M. Cato in Cyprum mitteretur, eam ab rege ablaturo. Ptolemaeus re intellecta, priusquam ille adventasset, se ipsum interemit. Cato insulam accepit, & regis oves venundavit, pecunia omni in publicum ararium relata. Ex illo Cyprus praetoria provincia fuit. Quamquam parvo tempore interfecto, Antonius eam Cleopatra, & forori eius Atinao tradidit. Quo sublato, omnia ejus acta rescissa sunt. Strabo lib.14.

Mauritius Imp. exemplum in 10. millibus suorum perdendis paulo ante postsumus.

ANIMALIA.

De Asclepiade ludicrum tale extat in Epigram. & apud Stobaeum Ser.10.

Μῦθ' Ἐκκλησιάζεις ἐπὶ φιλαργυρῶν ἕδρᾳ ἐν οἴκῳ, καὶ τὴν παῖδ' ἐπιθὺν φιλαργύου μὴ παρ' αὐτοῦ; ἢ δὲ δ' ἔδ' ἢ μὴ γελᾶσαι; μὴδ' οὐδὲ σῆλαι, σφῆλαι, ὀρθοῦντι? Οὐχὶ ἤρως παρὰ σοὶ χερσὶν, ἀλλὰ μανίη.

Mureni domi vidit Asclepiades avarus: Et quid agis, inquit, charissime mus apud me? Mus autem (suavit ridens): Nihil, inquit, amice timeas, non comedere tecum, sed habitare desidero.

RESPECTU RERUM, IN QUAS VEL nullus vel exilis sit sumptus, consideratarum, ut SUNT V. G. IN Sacta.

Φασίλησθ' ἕρμης, id est Phaselitarum sacrificium, tanquam vile, citraque languinem, fortidum ac tenuem sumptum hoc adagio significabant. Tradunt n. apud Phaselitas Pamphiliae gentem moris esse, ut pisciculi falli diis sacrificentur. Auctor Zenodorus. Eudemus item scribit, eos Capro deo fallamentis rem divinam facere, ejusque rei testem citat Callimachum. Finitimum est illi, Sine fumo sacrum. Erasim.

In Cusfalina Monasterio erat Sacerdos quidam Folcardus nomine, qui primus ad Falderam cum Vicelino Episcopo Aldenburgenfi, Vandalorum Apostolo, venerat. Hic eleemosynas pro Episcopi anima constitutas dare aliquando neglexit, forte nec necessarium ducens, pro beato date ad suffragia quicquam. Apparuit Vicelinus mulieri cuidam in pago Zegeberge, cultu Sacerdotali, dixitque ad eam: Vade, & dic Folcardo Sacerdoti, quoniam impie agit (subrahens ea quo pro remedio animae me fratrui mihi devotio addidit) suppleat id, quod subtraxit: & novem insuper post me expleat officia. Sacerdos culpam fatuus, & emendatione promissa, novem post Episcoporum hebdomadibus vixit solis. Gram. lib.4. Vandal. lib.19.

Vestimenta.

In Cinna Martialis Epigr. lib.7. sic invenitur: Sordidior cano cum sit toga, calcens autem Candidior prima sit tibi, Cinna, nive: Dejecto quid inepte pedes perfundis amictus? Collige Cinna togam, calcens ecce peris.

Ligna.

Quidam ex iis, qui nostro aeo in medicina clarum sunt nomen consecuti, uti ajunt, in domesticis expensis fortidissimus, ne sumptus quotidianos majores coegeret facere, ne uxorem quidem cum ampla dote ducere voluit. Unico famulo

A & serva contentus vetula, modice semper, ex demerso scilicet, vixit. Hyeme compendium sese citra impensam calefaciendum misit cum excogitavit. Lignum rude, & ponderosum, cum ptandandum esset, vel candendum, humeris impostum, quanto poterat impetu per scalas ascendens, in summum usque solarium portabat, & sic ad sudorem usque, Ixonis inflant, eodem saepius repetito curriculo sese exercebat. Domitium imitatur famulos, & cum foris pranderet (tunc enim nec ignem accendere licebat) etiam ancilla.

Accidit.

Tiberius Caesar opera nulla magnifica fecit. Nam & quae sola susceperat, Augusti templum, restitutionemque Pompejani theatri, imperfecta post rot annos reliquit. Sveton.

Fruges.

Bello Mediolanensi à Gallie rege Ludovico XII. anno 1500. feliciter confecto, copiosae dimissis, quamor Helvetiarum civitatum, quae Bellizonae oppido in montibus posito propinquiores sunt, milites, in patriam redeuntes, id oppidum avidè occupant. Quem locum rex ab initio parva pecuniae summa ab illis redimere potuisset: sed quemadmodum saepe sua natura, ut exiguae pecuniae parceret, rerum magnarum occasiones amittit, recusat: secuta post tempus tempora & occasiones, quibus saepe, & libenter magna vi auri id ab ipsis redemisset: est enim locus ad Helveticos in Insulariam descendens prohibendos, valde opportunus. Guicciard. lib.14.

Sepulchra.

In Phidoneo sic ludit Nicander in 2. Epigram. Stobaeus Platoni tribuit:

Δαχρύον θείδων ἐπὶ φιλαργυρῶν, ἔχ' ὅτι θνήσκεις, ἀλλ' ὅτι σπυρὶ μὴν τῷ σπυρὶ κερδίεται. Ταῦτ' αὐτῷ χαρισάμενος, ἔσ' ἢ πᾶσ' ἐὼν ἐν αὐτῷ. Τῶν πολλῶν τέλειον οὐκ ἀποκρίβδεται.

Lactymatur Phidon avarus, non quia moritur, sed quia minis quinque arcam sepulchralem emit. Hoc igitur ei gratificamini, & pro capacitate arcam, unum de multis filiis ad eum simul injicite. Equos.

Ad Caecilianum Martialis Epigram. lib.4.

Cum tibi non essent sex millia, Caeciliane, Ingeni late vetus es hexaphoro Postquam bis decies tribuis dea caeca, summaque Ruperunt numi: factus es, ecce, pedes. Quid tibi pro meritis, & tantis laudibus optem? Dii reddant fellam, Caeciliano, tibi. INSUNT SIVE ACCOMMODANTUR HOMINI. UT IN Spectacula.

Tiberius Imp. spectacula nulla edidit, & iis, quae ab aliquo ederentur, rarisimè interitit, ne quid exposceretur: utique postquam comaedum Achium coactus est manumittere. Svet.

Nuptias.

Laacius Angelus Imperator per legatos Belae Hungariae regis filiam, nondum decem annos natam, ambit: dum nuptias ex sisco celebrare reformidat, & sumptus illos ab urbibus, & provinciis affatim exigit, cum alias res affixit, tum Barbaros Haemi montis accolae infestissimos reddidit. Nicetas lib.1.

Alimenta, Cibus, Convivia.

Micrologia liberorum propria est, ut Philarchus scribit: Dres namque minimas plurimi faciunt, avaritia studio semel tantum in die cibum capiunt, quam rem mononotia Graeci vocant. Sunt & hydropotae, & in tam avido ingenio vestibus tamen amittuntur vel preciosisissimis. Celius lib.1. cap.22. A.L. Apud Plutarcbum com. de Tran. animi, Chius quidam vinum optimum dividere aliis, sibi vappam servare solebat. Proinde servus, sic citante quodam, Quid rei gerentem reliquisset dominum? respondit, ἔγραδον παραγορῶν κακίον ὑπόνοια. in bonorum affluentia quarentem malam.

Telemachi illa proverbio dicebatur, Cujus Athen. lib.9. meminir, tradens, Telemachum Achamentem fuisse quempiam, qui plerumque vicitarii fabis. Unde conjicere licet, in fordios diei consuetudine. Erasim. in adag.

De Arremidoro in 2. Epigram. Graecorum: Πῶδες μωροῦδης Ἀριστοῦ Ἀρρεμιδοῦ, ἠδὲ μοχλοῦ, καὶ μὴδ' ἁπαλοῦ, ὑβρίων ἠμῶν. Πῶδαί τε ἔχεις τιμαρῶν ὄρατον ἔχοντα, πῶδαί τε Πῶδαί τεβ' ἰστέ, χερῶν ἕδρα μόνον. Avarorum curiam Horat. lib.2. sat.3. exagitat: ἄς quis ad ingentem frumenti semper acerum.

Porrectus vixit cum longo suste, neque illinc Audeat ejurans dominum contingere granum, Ac potius solis parvus vescatur amaris. Si postis intus Chii, veterisque Falerni Mille cadis, nihil est, trecentum millibus, acre Potest acetum: age, si & stramentis incubet, unde Otlogina annos natus, cui frangula vestis, Blattarum ac tinearum epula putrescat in arca, Nimirum infans paucis videtur, eo quod Maxima pars hominum morbo saectatur eodem. Filius aut etiam libertus ut eibat heres, Dis inimice senex custodis, ne tibi desit.

De Avidieno sic scribit Horatius in Sermonibus. Avidienus, Cui canis ex vero dicitur cognomen adheret, Quinquennis oleas est, & sylvestria corna, Ac, nisi mutatum, parit diffundere vinum: & Cujus odorem oleis nequeas perferre (licebit Ille repotit a natalis, aliose dierum Festos abarot celebret) cornu sese bilibri. Canibus infillas veteris non parcos aceti.

Ad Scavolam Martialis Epigram. lib.1. sic scribit: Si dederint superi decies tibi millia centum, Dicebas nondum Scavola factus eques, Qualiter, o vivam quam large, quamque beate; Riserunt faciles, & tribuere dei Sordidior multo post hoc toga, penula pejor, Calcens est sarta terque quaterque cute: Deque decem plures semper servantur olive: Explicat & canas unica mensa duas: Et Vespertani bibitur sex crassa rubelli: Assè cicer repidum constat, & assè venus. In jus, o fallax, atque inficiator, camus: Aut vive, aut decies, Scavola, redde deis.

Ad Cinna Martialis lib.5. Profecit poto Mithridates sepi veneno, Toxicæ ne possent seua nocere sibi. Tu quoque cavisti canendo tam male semper, Ne posses unquam, Cinna, perire fame.

Pertinax Augustus inter privatum, & Imperatorem nihil interesse putabat. Dimidiatas lactucas, carduos etiam dimidiatos apponere convivissolitus. Herod.

Guilielmus Harselius, Laudunenfsis medicus, qui moriens ad 15. millia coronatorum in annis redditibus reliquit, quotidianas expensas familia duobus solidis circumscriptibere solebat, aliorumque cœnas studiosè captabat. Froissard. l.3. cap.50.

Ferdinandus Ponzetta. Vide infra. Avari in sumptu. Quidam cum maximas congestisset divitias, illi autem adolescentem domi sumptuosius conitarent inter symphonias & cantus: magno dolore tactus hæc ferens, semel tantem excitatus perspicientium convivarum vocibus, summa cum anxietate prodiit tanquam e carcere ex camera sua, insulatus corvino vultu, ac subraucido, vix conspiciens lucem, ac desuper contemplans discumbentes, magna voce appellavit dispensatorem: & En, inquit, postquam filii bona hæc meo sudore parta commestationibus, ac delictis consumere pergunt, ego quoque mihi met volo indulgere, & dare me voluptati. Mihi acta est ætas: illi de se viderint: perdant omnia, ut libet, dum ipse mihi prospiciam. Atque inde proferens ex fordido loco: aretinum numulum, Accipe, alter, profligemus, dum res suppetit, emelactucas mihi, ut nos etiam convivemus. Poggus in excerpt. de Avaritia.

Eboræ sacre olim in familia Leonoræ reginæ, uxoris Emanuelis Lusitanorum regis, alicui duo, Gallus alter, alter Lusitanus. Quorum hic fastu externo vincebat, ille cœnabat lautius. Gallus non ignarus istorum morum, cum hostitate quadam, & arte nactus est libellum, in quo alterius celebrabantur sumptus diurni. Incidit in locum satis ridiculum, & planè Lusitanicum. Cum enim sic quotidie lectiprum esset: In aquam quatuor scellia, in panem duo regalia, in raphanum sesquigale, & ita tota hebdomada, tam magnificentis impensis decurrere: ratus aliquando lautiorum futurum diem Dominicum, sic scriptum reperit: Hodie nihil, quia in foro non erant raphani. Hæc Nic. Cleonardus lib.1. Epist.

Ritu digna est enjuidam ex non obcuris nostra ætate medicis avaritia, qui cum substantias, accidentum veluti inoenitio, gratiores apparere, ex Philolophia didicisset, ut qualitate per-

A permutatione, familia gustum corrumpere:estate vinum calidum, hyeme frigidum propinabat, quod ex Hippocratis decreto, ventres hyeme calidissimos,estate frigidissimos esse diceret, miro illorum sanitatis tuende desiderio se teneri simulans. Medicamenta. In CRITONEM Lucilius in Epigramm.

Oi λαιχων χειμων ε χειμωνος, αλλα χειμωνος αυτην χειμωνος ε χειμωνος τομαχα. Culium corporis.

Græci proverbiali convitio sordidos, & impendio parcos, φοροκοιδους appellant, ducto cognomine ab iis, quibus fordes in unguibus insident, nec tantillum sumptus facere volunt, ut tonsori dent numulum, qui repurget ungues. Nami fordes proprie fordes eas significat, quæ in summis unguibus manuum ac digitorum colliguntur, & χερδιος articulum digitorum. Jul. Pollux lib. 6. cap. 4. eodem vocat χειρδιος, quasi foræ viventes. Erasmi in Adag.

Patrolem quandam Atheniensem, verus Comœdiatalem ferme depingit, quem Plautus Euclionem, teste Aristophanis interprete, & Suida. Arifophanis Plautus, quum B esset fualidus, incultus, & fordis obfitus, rogarus, unde venisset, respondit:

Εκ Παροκλιος ηρχουας, Ος εκ λαιχων, ες χειμωνος ε χειμωνος. id est, Qui haud laevi unquam, postquam natus est. Erasmi in Adagiis.

Mortis instrumenta. De Phidone Nicander in 2. Epigram. Stobens Serim. 10. Nicardo tribuit: Ερητι απουχεδς μιλλαν δειναιχος ε χειμωνος, Γραικο, δε ε χειμωνος χειμωνος εκ χειμωνος. (Εχει χειμωνος εκ χειμωνος) αλλ ε χειμωνος, Ερωτη χειμωνος χειμωνος χειμωνος.

Heri suspensus se Dinarchus Phidon, d Glauce, propter sex chalcos non mortuus est; tanti enim constabat funis: sed ægrè ferrebat sumptum, aliam fortè quærens vilioris pretii mortem.

QUOMODO. AVARI IN SUMPTU VBI CONTENTENDO, NE SUMPTUS FIAT.

Ferdinandus Ponzetta, Neapolitanus medicus avarissimus. Nec puduit eum cum rusticis, & mulierculis res venales gestantibus de fenestra caufa oboli contendere. Tandem ingenti thesauro accumulato, nepotibus distipandum reliquit, æ pompa clatus, quam fordes ejus merebantur. Garimburtus lib. 6. de vitis Pontis.

CONQUERENDO DE SUMPTU FACTO. Galba Imp. apposita lautiore cena, ingemuit, quasi sumptum ægrè ferens. Suet. Albericus Boemus, Pragensis Episcopus, inaudite avaritiæ homo, rogarus, Quem sonum molestiùs audiret? Maxillarum (inquit) ossa frangentium. Bonfin. lib. 2. Dec. 3.

OCCASIONEM SUMPTUS PRÆCIDENTO. De Alcibiade avato Lucilius in Epigram. Μαι Αλευπιειδης ε χειμωνος ε χειμωνος ο χειμωνος, Και τι ποιεις, οποι, χειμωνος χειμωνος χειμωνος, Ηδη ε χειμωνος χειμωνος χειμωνος, Ο χειμωνος χειμωνος χειμωνος, αλλα χειμωνος.

Aulus avarus, puerum natum in mare præcipitem deiecit, alimentorum sumptum metuens. Sic Lucilius in Epigr. Γεννην τεινον ναυπηριου αλην ο χειμωνος, Φρηζον αυτην χειμωνος χειμωνος.

In Proculejam Martialis Epigram. lib. 10. Mense novo Iani veterem, Proculeja, maritum Deferis, atque juberes sibi habere suas. Quid rogo, quid factum est, subiri que causa doloris? Nil mihi respondes? dicam ego, Prætor erat. Constatura fuit Megalensis purpura centum Millibus, ut nimum munera parca daret: Et populare sacrum bis millia dena tulisset. Dissidium non est hoc, Proculeja, lucrum est.

AVARITIA MUNERARIA, EN ΔΟΣΕΙ, Non dans, vel patris dans, quam oportet. QUIBUS. PUTA D I I S.

Cain agricola avarus, non primitias, sed decimas frugum Domino offerebat: Abel verò frater, pastor, primi-

tias. Eapropter hujus manus Deus accepit, illius re-pudiavit. Genes. cap. 4.

Tradunt, apud Phœlitas Pamphylia gentem moris esse, ut pisciculi falsi diis sacrificentur. Zenodatus Eudemus item scripsit, eos Capro deo fallamenti redivinam facere, ejusque rei testem citat Callimachum. Hinc proverbium, Phœlitarum sacrificium. Erasmi.

PAUPERIBUS. Adolefens qui quæsitivus à Domino, quomodo posset habere vitam æternam, multas habebat possessiones. Eridicco abiit tristis, cum audivit: iter, venderet omnia, daret pauperibus, Christum sequeretur. Math. 19.

Dives ille purpuratus, quia luxurie suæ deditus, Lazari pro foribus jacentis non respexit ætumnas, impietatis poenas tulit, sepultus in inferno. Et qui dum panis micæ de mensa cadentes non concesserat mendicanti, nec ipse postea in igne positus, vel unam aquæ guttulam, nec ipse postea in igne positus, vel unam aquæ guttulam, qua linguam refrigeraret, potuit impetrare. Quoniam sine misericordia iudicum fiet illi, qui non facit misericordiam: & qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Marcus lib. 1. cap. 2.

Vidi nuper (inquit D. Hier. ad Eustoch. de Custod. virgin.) sed nomen taceo, ne fatyram putes, nobilissimam Romanorum Mulierem, in Basilica Beati Petri, semivivam antecessitibus, propria manu, quò religiosior putaretur, fingulos nummos dispertere pauperibus, interea (& usu nosse persicille est) anus quædam annis panis quæ obfita proccurrit, ut alterum nummum acciperet. Ad quem cum ordine pervenisset, pugnis porrigitur pro denario, & tanti criminis reus sanguis effunditur.

MILITIBUS. Tiberius Imp. militi post publicata ex Augusti testamento legata nihil unquam largitus est, præterquam singula milia denariorum Pætorianis, quòd Sejano le non accommodassent, & quædam munera Syriacis legionibus, quòd solæ nulam Sejani imaginem inter signa coluissent. Sueton.

Galba rerum potito, milites non solum donativo spes initio protulit, si non tantum, ut quantum dederat Nero, Galbam numeraturum. Quos ut conquirit accepit, vocem misit magno principe dignam: Legere dicens, militem, le non emere solere. Id intelligentes, ingens & asperum adventus Gæm odium cepit, quippè videbatur non ipse fraudare militem solum, sed legem quoque præscribere, & ducere fecuturos principes. Germanorum cohortem, à Cæsaribus ad custodiam corporis institutam, dissolvit, & sine uno commodo remisit in patriam. Suet. & Plut. in Galba.

Mauritius Imperator audiens, Phocam à militibus Sarmaticis Imperatore salutatum, cum Philippus fororis maritus ei uaderet: Liberalitas, inquam, optimum est militibus remedium, qua vulnere ipsorum sanantur: tamen surdis auribus illa excepit, Cnspn.

Bajazetes Turcorum Imperator suos milites longa oratione contra Tamberlanem Tarrarum cohortatus, donativum militibus, licè intercedentibus Bassis, dare noluit. Ibi tunc unus è ducibus: Deaurandi sunt ubi, inquit, non orandi milites, Imperator. Sed quantum video, pecunia tua Tamberlanis effigie insignita est. Omnino certe dictum fuisse exitus comprobavit. Vivus enim in potestate Tamberlanis cum exercitu, & thesauro pervenit. Chalcocondylas lib. 3.

AMICIS. Vide infra, Non dare munus.

Dionysius senior ingressus domum ad Filium, ubi conspexit poculorum aureorum, & argenteorum inagnum vim, exclamavit: Non es ad dominationem natus, qui tam multis, quæ à me accipis, poculis amicum tibi nullum comparasti. Plut. in Apoph.

DISPENSATORIBUS. Galbam Imper. ferunt ordinarie dispensatorii brevitarum rationum offerenti, paropidinem legumini pro sedulitate ac diligentia portorexisse. Sueton.

PRÆCEPTORIBUS. Quidam cum Arifippo agebat, ut filium suum susciperet erudendum. Sed quum philofophus pro mercede peteret quingentas drachmas, alter dererit magnitudine pretii: Minoris, inquit, emerem mancipium. At sic, inquit, habebis duo. Senfit, eadem pecunia illum sibi paraturum, & Philofophum utilem, & filium obsequentem. Laerti.

Zeno Citicus, ad Palemoneum, ut in dialecticis exerceretur,

Avaritiam clam continebat. Unde Polemon dicere solitus est: Sarcicis, o Zeno, te per posticum arripere, & furati dogmata, quæ postea vendas. Novit hoc dicto Zenonem, qui furum, & gratis præceptore dicere volebat, ut aliis postea multa mercede venderet. Laert. lib. 7. cap. 11.

MULIERIBUS. Ochus rex Persarum urbem nunquam ingrediebatur, ne mulieribus congiarium imperiretur. Nam Cyrus legem fanxerat, ut ubi primum Persarum rex ingrediretur, mulieres, quorquor adessent, fingulos auri nummos ab ipso rege acciperent. Plut. in Alex.

CAUSIDICIS. Ad Flaccum Martialis Epigramm. lib. 1. Litigat, & podagra Diodoros, Flacce, laborat: Sed nihil sacro porrigit. Hec chiragra est. LEGATIS. Artaxerxis regis magni erga Antalcidam Laconem legata magnificentia fanè quam putida, & rustica visa est, cum coronam ex totis, & croco commixtis versans in unguentum illi misit: interim genuinam, & propriam dotem extinxit, & confurpavit florem. Plut. lib. 7. Cono. qu. 8.

Theodatus Gothorum rex avarissimus, cum propter injustam Amalathæ eadem bellum à Justiniano Imper. merueret, legatos ad eum misit pacis causa. Senatores Rom. & Agapeter summum Pontificem, qui tamen nullum in itinere expensas sumptum dedit, sic ut coactus fuerit vasa sacra D. Petri oppignorare. Quæ tam postica à Theodato, populi gratiam captante, redempta fure. Procopius.

POETIS. Augustus Cæsar erga Græculum poetam, qui descendenti à Palatio sæpè honorificum aliquod epigramma solebat offerre, valde sordidus fuit: neque ei unquam aliquid remuneratus est. Aliquantò post, iterum occurrenti sibi Poeta, Augustus breve manu sua in charta exaravit Græcum epigramma: pro quo ille paucos Cæsari denarios exhibuit, adiciens: Non secundum fortunam tuam Auguste: si plus haberem, plus darem. Tum demum dispensatorem ei festertia centum millia numerare iussit. Macrobius lib. 4. Satur. In Xyltum IV. Pontificem sic ludit, Angelus Politianus: Verba dedit Xylfo (debet hoc dare dona poetam): Era decet Xyltum reddere: verba refert. Verum habet ille alios qui dent sibi verba fatemur: Era at amen, qui nunc det mihi, nullus adeft.

MEDICIS. Theophrastus Paracelsus, cum Basilicæ medicinam vena-cula lingua profiteretur, & Canonicum quendam Liechtenfelsium nobilem, gravissimis stomachi cruciatibus ita debilitatum, ut pro deplorato à Medicis haberetur, tribus pillulis ladani sui refecit. Cùmque Canonicus, ut solent ægri, centum aureis se sanitatem redempturum ab initio spontè profecus esset, at voti reus numerare recularet, nil sibi præterquam tres marini stercoris pillulas (sic enim per jocum vocabatur) exhibitum dicitans, in iudicium vocatur à Theophrasto. Iudices ex legibus municipalibus, non tam artis quàm sumptuum, & laboris habita ratione, exiguam mercedem constituere. Quare sic irritatus fuit Paracelsus, ut cùm more suo imperitiam, & injustitiam iudicum accusaret, lætè quodammodo majestatis reus properè è foro domum sese propuerit, inde montu amicorum clam urbe excessit. In vicina Aflatica per biennium erravit, comitante, & famulante Oporino, tam felix in curando, quàm in vivendo dissolutus.

MUSICIS. Augustus Cæsar delectatus inter cœnam erat pueris symphoniacis Turonii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alta acroamata, & ludiones fuisset liberalis numis. Eoisdem postea Cæsari inter cœnam quærenti, sic excusavit Turonios, Ad molas sunt. Macrobius lib. Saturn. c. 4. Galbam Imp. ferunt Cano chortaulæ, mirè placenti, denarios quinque donasse, prolatos manu sua è peculiaribus loculis suis. Suet. & Plut. in Galba.

VIATORIBUS, CURSORIBUS. Vespasianus Imp. clasticarios, cum à hostia, & Puteolis Romanam pedibus per vicos commear, petentes constitui aliquid sibi calcæarii nomine: quasi parum esset sine responso abegisse, iussit post hæc ex calcæatis cursitare, & ex eoa cursitant. Sueton.

QUID. NON DARE, SPECTACULA. E Superius ea quoad sumptum consideravimus. Hic ut Munera sunt publica.

DONA. Ad Ruffium, Martial. lib. 9. Dum me captares, miscbas munera nobis: Postquam cepisti, das mihi, Ruffe, nihil. Vt captum tenes, capto quoque munera mitte. De cavea fugiat ne male passus aper. Hybernia Insula Rex Hugletus, aded avaritiæ obnoxius erat, ut datis aliquando calcæis, quos excellentis manus commendabat opificis, ligamenta detraheret, submotique loco suo corrigis, domum ad injuriâ transferret. Sæpè lib. 16.

In Muniam Martial. Epigr. lib. 10. Impudica Messilia quicquid somaria cogit, Accipit exitem quicquid ad igne cadunt. Atte Munia venis, miseris tu mittis amicis? Per freta, per longas toxica sera vias. Nec facili pretio, sed quo contenta Falerni Testa sit, aut cellis Setia cara suis Non venias quare tam longo tempore Romam. Hæc puio causa tibi est, ne tua vina bibas.

In Labullum, Martial. Epigr. lib. 12. Libras quatuor aut duas amico, Argentumque togam, brevemque lanam, Interdum carceles manu crepantes, Dissus ducere qui duas Calceidas, Quid nemo nisi in Labulle donas? Non es, crede mihi, bonus. Quid ergo è Per verum loquar, optimus malorum? Pisones, Senecæque, Memmiorumque, Et Crispus mihi reddet, sed priores. Fies proximis natus bonorum, Vis cursu, pedibusque gloriaris? Tigrin vince, levemente Passerinum. Nulla est gloria præterire assellæ.

In Lupum Martialis Epigr. lib. 11. Donasti, Lupe, tui sibi vobis nobis Sed vni est mihi majus in fenestra. Rus hoc dicere, vni potes vocare, In quo vna facit nemus Diane, Argue teq; ala quod cecide, Quod formica die comedit uno, Classe cui solum rose corona est: In quo non magis invenitur herba, Quam costi solum, pipere erudum. In quod nec cucumis jacere velint, Non serepus habere tua possit. Erucam male passit horum unam: Consumpto moritur, culx selicet: Est alpa est mihi sessor, arque arator. Non volens hiere, non mariscæ. Ridere, aut viole patere possunt. Fines mus populatum, & colono Tanquam sui Calydonius timetur: Es sublata volantis ungue Prognos In nido seges est hibernium: Es cum fiet sine falce mormaleque, Non est amido locus Priapo. Vix implet coelestem præfata missi, Es mustum nuce condimæ picata. Errasti, Lupe, livera sed una, Nam quo tempore prædium dedisti, Mallem tu mihi prædium dedisses.

Ad Sextum Martialis Epigr. lib. 10. Argenti libram miseras, facta selibra est. Sed piperis, Tanti non emo, Sexte, piper. ALIMENTA, CONVIVIA. In Gallum, Martial. Epigr. lib. 3. Nunquam me revocas, ventas cum sæpè vocatus: Ignosce, nullam si modo, Gallè, vocas Invis alius, Pissum est urvisque. Quod t inquis, Et mihi cor non est, nec tibi, Gallè, pudor. In Habentem amoenas ædes Martial. lib. 12. Daphnoas, planos, ac areas cyperissos, Et non unius balnea solus habes: Et tua centenis fiat porricus alta columen, Calcatusque tuo sub pede luceat onyx: Pulveremque fugax hippodromon ungula plaudit, Et petronis aque fluctus ubique sonat. Arvis longe patens. Sed nec contentus usquam, Nec summo locus est. Quomodo non habitas? Pertinax Imperator, si quædam ad amicos de cena mitteret, binstantum offulas, aut paucula pota: at quib; opiparè magis egisse videri velle, gallimaceos lumbos mittebat. Herod. Martinus Pontifex influit, ut crudi familiaribus piices à dispensatore in sportula traderentur, quos antea coclos præbeti mos esset. Unde hodie quoque decantatur familiaris cuiusdam ejus versiculus:

Pms-

A *Vniuersusque suam digitis contrectat aregam.*
VESTIMENTA.
Apud Iuvenalem queritur quispiam, vestes donari villo crasso, coloreque malo:
Et male percussus textoris pelline Galli.
Etiam in Adagijs.

SALARIIUM, MERCEDEM, HONORARIUM.
Vide paulo ante Causaicus, Meacis, Præceptoribus.
Alcinoe Polybi Corinthii filia, uxor Amphiloçi Dryantis, Minerva indignatione infanivit, quòd à se mercede conductam mulierculam artis texendi doctam Nicandram, qua totum annum in ejus opere fuerat, postremum ædibus expulisset, neque integram mercedem percipulisset. In tantam autem infaniam venit, ut relicta domo, & filiis nuper genitis, nave abiret, cum Xantho Samia hospite. In medio cursu cum rem altius memoria repeteret, multas lachrymas profundit: ac inclamavit, nunc quidem juvenem domi maritum, nunc etiam natos. Ad finem verò, Xantho licet multa promitteret, ac se eam pro uxore habiturum spondente, se ipsam præcipitavit in mare. *Parthen. de Amatoris, cap. 21.*

MUTUUM.
Crocus Lydorù Rex, filius Halyati, princeps ante designatus fuerat Adramiti, & Bebbi capi. Pater autè suscepta in Caria expeditione, inter ceteros præfecto Croco etiam filio nato maximo denunciavit, ut copias suas Sardis adduceret. Quod cum ille, ut ajunt, præ luxu facere nō posset, in crimen venerat apud patrē. Cum autè criminia facinore præclaro diluere vellet, nec ad condecendū militem (mercenariis enim auxiliis utebatur) pecunia suppetere: Halyaten mercatorem Lydorū ditissimū adit. Is vero primum ante fores cum expectare iussit, dum lavisset. Deinde respōdet, multos esse liberos Halyatibus pecuniā, si danda esset, non suffecturā. Se igitur peteti illi nihil dare. Ab hoc cum nihil impetrasset, Ephesū faciendæ pecuniæ causa venisse fertur: & voti fecisse Diane, se regē factū et totam domū mercatoris illius consecraturū. Habebat autè amplexū libi Jononū Thecharidis filium, hominis admodum locupletis. Is anrum à patre acceptum Croco tradidit. Croco verò post Rex factus, curtum auro plenum illi militi, & mercatoris opes Dianæ consecravit. *Suidas.*

In Cajum, *Martial. Epigr. lib. 2.*
Magna viginti sestertia forte rogabam,
Que vel donanti non grave munus erat.
Quippe rogabatur felixque vetusque sodalis,
Et ejus laxas arca flagellat opes.
Is mihi, Divos eris, si causas egeris, inquit.
Quod peto da, Cai, non peto consiliū.

In Sextum, *idem libro eodem.*
Emi seu pernam, rogantive pexam,
Sen tres, ut puro, quatuorve libras:
Sextus pratini ille fenerator,
Quem nostis veterem meum sodalem.
Ne quid forte petam, timei, cavetque,
Et secum, sed ut audiam, susurrat:
Septem millia debeo Secundo.
Phæbo quatuor, undecim Phideto.
Et quadrans mihi nullus est in arca.
O grande ingenium mei sodalis!
Durum est Sexte, negare cum rogaris
Quanto durius, antequam rogeris?

In Avarum amicū, *idem lib. 4.*
Milia missi mihi sex, bis sena petenti.
Vt bis sena feram, bis duodena petam.

Ad Cæcilianum, *idem lib. 6.*
Rustica mercatur munis sum prædia multis
Magna des centum, Cæciliane, rogo
Nil mihi respondes? Taciturne dicere, credo:
Non reddes. Ideo, Cæciliane, rogo.

In Phœbum, *idem Epigr. lib. 6.*
Magna te centum sestertia, Phæbe, rogavit.
Cum mihi dixisset, Exigis ergo nihil?
Inquis, dubitas, cunctaris: meque diebus
Teque decem crucias. Iam rogo, Phæbe, nega.

In Baccharam, *idem Epigr. lib. 6.*
Si quid opus fuerit, scis me non esse rogandum,
Bis nobis dicit, Bacchara, terque die.
Appellat rigida tristis me voce Secundus:
Andis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus.
Esse queor gelidæque mihi, tritaque lacernas:
Andis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus.
Hoc opus est, subito fias ut sidere mirus.

Dicere ne possis, Bacchara, quid sit opus.
In Thelesium, *Martial. Epigr. lib. 12.*
Cum rogo te nummo sine pignore: Non habeo, inquis:
Idem, sippo me spondæ agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali,
Credis colliculis, arboribusque meis.
Ecce veni Carus te detulit: adsit agellus.
Exilis comitem queris: agellus eat.
QUOMODO UT PUTA PERMUTANDO.

Petēti Pelapi donaria agnæ aureæ, ut ejus loco alia reponeret, respōdit Apollo: Quod volo datione dato quod nolo. *Suid.*
Intulerat Clodoveus Francorum Rex bellum Gothis, & Aquitanis equum pro victoria vovit: damnatulque voti, tenui est pecunia conatus quadrupedem redimere. Cæterum tandiu bellatur equus stetit immotus, donec majus sit pretium pro eo datum. Tum rex: Bonus, inquit propitiusque fuit mihi prælio divus Martinus, cujus hic equus est (haic enim cœlestis res vota erat) sed negotiator nimis avidus. *Sabell. lib. 2. Enn. 10. & Joan. Magnis lib. 16. cap. 2.*

POENITENDO DATI.
Duo juvenes Joannem Apostolum secuti, cum angustiam cepissent, quòd facultates suas in pauperum usus erogassent, nec jam Apostolo meliora certioraque sperare jubenti acquiescerent, virgines in aurum mutatis, & lapillis in gemmas, plus etiam receperunt quam reliquerant. Mox cupidam (cui Staetheo nomen erat) à morte felicitati verbis credentes, quibus ille se vidisse affirmabat, quam ingentem gloriam in celo paratam amississent, ad Apostolum reverti, restituro, quicquid ab eo accepterat, pauperatum in vita coluere, ut post obitum divites fierent. *Martius lib. 5. c. 7.*

REPRENHENDO DATUM.
Cum ad communem Oeconomiam pecunia, quæ pauperibus darentur, undique mitterentur: quodam tempore Epiphanius, Cypriorum Episcopus, rotum per Eleemofynas exhausti aratum. Quod egre ferens œconomus, prodigum eum appellavit. At non multo post incerto auctore loculi auro reperi in ædes œconomii illati, divino testimonio Epiphaniū pietatem confirmarunt. *Sozom. lib. 7. cap. 14.*

DENEGANDO.
In Cinnam, *Martial. lib. 7.*
Primum est, ut præstas, si quid te, Cinna, rogabo:
Illud deinde sequens, ut cito, Cinna, neges.
Diligè præstantem: non odi, Cinna, negantem.
Sed tu nec præstas, nec cito, Cinna, negas.

Quidam senator Cumanus, Homerum cæcum non esse alendum calculo suo evicit, cæteris alendum esse dicentibus. Inter alia enim hæc quoque protulit: Quid si semel Æsupos, hoc est, cæcos alendos suscipiant, futurum, ut continuo turbam habeant, & multam, & inutilem. Atque hic primum Homerus dicitur esse à cæcitate calamitatus, qui antea Mælestigenes vocabatur. *Herod. in viâ Homer.*

Nabal dives, at illiberalis erga Davidis nuncios commertum petentes, cum opibus vitam fecit amisit, nisi Abigail ejus uxor iratum regem muneribus lenivisset. *1. Reg. 2.*
Sabinitano Pontifice, pauper quidā, cum à Nauris eleemofynā peteret, nec acciperet, dicente nauclero: Desiste eleemofynam petere à nobis, qui nihil hic præter lapides habemus: cum subsessisset pauper: Omnia ergo vertantur in lapides: quicquid manducabile in navi erat, in lapides convertitum est formā rerum earundem permanente. *Sigebert. in Chron.*

INCERTA DANDO.
Ad Phœbum, *Martial. lib. 9. Epigr. amm.*
Quadringentorum reddis mihi Phæbe tabellas:
Centum da potius mutua, Phæbe, mihi:
Quære alium, cui te tam vano murmure jactas.
Quod tibi non possum solvere, Phæbe meum est.

INDIGNANTER DANDO.
Petrus Telonarius Constantinopolitanus, pauperi stipem oblitinatre petenti, panem e fornio extractum iratus in faciem projecit. *Martius lib. 1. cap. 2.*
Donatellus Florentinus, staturarius egregius, homuncio non inurbanus, cum importunè mendicanti stipem obtulisset, & ille diis acceptam diceret: tunc ipse: Non diis, inquit, sed tuæ importunitati, ne me efflagitando occideres. *Pomianus de Liberalitate, cap. 22.*

CUNCTANTER DANDO.
Clemens VII. Pontifex in proferenda pecunia, quum opus foret, adeò suspensus, & anceps tristi cunctatione cogebatur, ut in perlevi momento gerendam rerum occasio facillè deperiret. *Jovius lib. 32. Hist.*

OCCASIONEM DANDI VITANDO.

Cyros ab Ahyage rege, & Medis acie profigato, cum hostes perire non agmine cum ingentibus Persis in urbem irumpentem: occurrerunt eis ante urbem femina, nudatūque pudendis: Quò ruitis, inquit, homines ignavissimi? neque enim hæc, unde prodidistis, vobis fugæ receptus esse poterit. Hæc species, & vox roborem Perseis inculcit: qui ipsi increpantes ac converti, pugnam repetierunt, & hostes faderunt fugaveruntque. Unde auctore Cyro lege cautum fuit, cum tex in urbem introiret, ut singulis mulieribus aureus daretur. Ochum autem ferunt deflexisse semper, & prætergressam urbem, ut munere mulieres fraudaret. *Plur. de Virt. mul. & Pol. 7.*

Tiberius Cæsar spectacula nulla edidit: & iis, quæ ab aliquo ederentur, rarissime interfuit, ne quid expoleretur: utique postquam comedum Actium coactus est manumittere. *Suet.*

Ad Aucum, *Martial. lib. 12.*
Genus, Antæ, lucri dantes habent iram:
Odiosè quam donare vilis constat.
In Gellium, *Martial. lib. 9. sic scribit:*
Gelline adificat semper, modo limina ponit,
Nunc foribus clavos aprat, emitque seras.
Nunc has, nunc illas mutat, et sicque fenestras:
Dum tamen adificet, quilibet ille facit,
Oranti munus, ut discere possis amico
Vim illud verbum Gellius, Adifico.

DE FRENDO.
In Maronem, *Martial. Epigr. lib. 11.*
Nil mihi das vivens, dicit post fata darum.
Si non es stultus, scis Maro, quid cupiam.
PROMISSA NON PRÆSTANDO.

In Posthumum, *Martial. lib. 2. Epigr. lib. 2.*
Omnia promittis, cum tota nocte bibissi,
Manc nihil præstas, Posthume: mane bibe.
In Cajum, *Martial. Epigr. lib. 10.*
Si donare vocas promittere, nec dare, Cai,
Vincam te donis muneribusque meis.
Accipe Callaicus quicquid fedit Astor in arvis,
Aurea quicquid habet divitis unda Tagi.

Quicquid Erythraea niger invenit Indus in alga,
Quicquid & in Inais unica servas avis.
Quicquid Agenoreo Tyros improbecogit apheuo;
Quidam habent omnes, accipe, quomododas.
OFFERENDO ASTUTE.

In Nasicam, *Martial. Epigr. lib. 2.*
Invitas tunc me, cum scis, Nascia vocatum.
Excusatum habes me, rogo, cæno domi.

AVARITIA ENA OREI, FOENERATORIA, DANS QUIDEM SED SPE TALIONIS, aut majoris doni: BENEFIGI.

Veteratoria hæc calliditas ad Asturiam xxquarivulū pertinet, respectu consilii. At respectu subiecti, quandoquidem opes erogat, non quod hæc erogatione deleletur, sed quod veluti hama majora capiet, cum liberalis dōns non sit, dōns certe avara erit. Respectu denique ipsius Fimis, ad dōns avaram pertinet.

QUIBUS, NEMPE REGIBUS.

Thomas Volscus, Cardinalis & legatus Apostolicus per Angliam, regem Henricum III. suis blanditijs possidebatotum. Si quid ab Henrico impetrare volebat, manusculum aliquod, utputa vasculum fabre elaboratum, aut gemmam, aut annulum, & id genus dona deferrebat: atque dum ille munus studiosè mirabatur, ipse, quod animo destinasset, opportune, & appositè subsibebat. *Polyd. lib. 27.*

SENIBUS, VIDUIS.

In Gargilianum, *Martial. Epigr. lib. 4.*
Munera quod senibus viduisque ingentia mittis,
Vis te munificum, Gargiliano, vocem.
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno,
Qui poter insidias dona vocare tuas.
Sic avidis fallax indulget piscibus hamus;
Callida sic fluitas decipit eca seras.
Quid sit largire, quid sit donare docebo,
Si nescis, dona, Gargiliane, mihi.
Ad Gaurum, *idem lib. 7.*
Munera qui tibi das lacupleri, Gaurè, senique,
Si sapii, & senis, hic tibi ait, Moxere.
Ad Sostibanum, *idem lib. 11.*

Non habitat gratis, nisi dives, & orbis apud te:
Nemo domum plura, Sostibiane, locat.

QUID. PUTA HOSPITIUM.
Thestorides Phocensis ludimagister, Homerum hospicio suscepit, ut carmina illius insurraret. Delcripti enim plerique in Chium concessit, ubi erecto ludo, carmina illa profus vulgans, egregiam sibi laudem paravit. *Her. in vita Homeri.*

EQUUM.
Gallus quidam nobilis animadvertens Ludovicum XI. regem pro rapo, sibi a rustico donato, mille eum donasse aureis, beneficium feneratorum, generotum equum regi dono dedit. Hilari cum animo rex suscepit, & rapum sardonni involutum ex arario depromptum homini dati iussit. Explicata munere, indignabundo nobili, & se delusum conquerent, Quæ verò hæc ludificatio, inquit Rex, mille empum aureis rapum equo centum aureorum pretium exaquantu oppulisse: *Egyptus Corrozetus de dictis, & factis memorat.*

CUR CAUSA SPIRITUS SANCTI COMPARANDI.

Cum vidisset Simon Samaritanus, per impositionem F manuum Apostolorum dari Spiritum sanctum, obulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hæc potestatem. Ab eo postea omnes qui sacras dignitates pecunia mercantur, Simoniaci sunt appellati. *Act. 8.*

SACERDOTII OBTINENDI.

Meneleus argento, quod promisit Antiocho, obtinuit summum sacerdotium. Per vasa aurea, & templo furtim ablata, & Andronico data, cutavit fratrem Oniam occidi. *2. Mach. 2.*

Alcimus accedens ad Demetrium regem, acculavit Judam Machabeum, & obulit regi coronam auream, & alia dona: quibus effecti, ut summum sacerdotium acquireret. *1. Mach. 8. & 2. Mach. 4.*

IMPERII.

Didius Julianus Mediolanensis, Pertinacc Imperatore à feditionis militibus interfecto, largitionibus viam ad imperiū sibi fecit. Emebant igitur Sulpitanus, & Julianus, factis contra se multis licitationibus (ille intrus, hic fors) ut singulis militibus ducentos aureos daretos se promitterent. Nam milites utrique separatim renunciabant, quantum alter eorum daret: dicebantque Juliano, Sulpitanus nobis hæc summā, dat, quid tu adicis? Itemque Sulpitanio: Julianus nobis tantundem promittit, quid tu præterea polliceris? Porio autem fuisset Sulpitanus: quippe intra castra, & præfectus urbis erat, priorque ducentos aureos promiserat: nisi Julianus non sensim ampliis, sed simul ad superiores ducentos aureos, aliteros quinquaginta adjecisset, camque summam magno edito clamore in manibus ostendisset. Quibus adnueratis, Imperator dictus est à militibus, qui tum temporis omnem potestatem in manibus habebant, Xiphilini in *Juliano.*

AUXILII BELLEICI.

Alexander VI. Papa, ut filio suo Cæsari Borgia, regnum affectanti, valida auxilia ab Gallia rege Ludovico XII. impetraret, Rothomagensi Cardinali Georgio Amboyfo, qui apud regem largiter poterat, in decem, & octo menses Gallia regni legationem concessit. Quod munus, quia novum erat & quia, quamvis ceteriore Britanniam nō completetur, multa negotia, & plurimos quæstus à Romana curia ad se petrahebat, valde amplum existimabatur. *Guicciardus lib. 5.*

HEREDITATIS CONSEQUENDA.

Vide paulo ante, Senibus, Viduis data munera.

PRODITIONIS.

Philippi Regis Macedonum avara magis, quam liberalia dona vulgò celebrantur, quibus paulatim Græcatorum urbium libertatem emitt. Unde non temere dictum illud manavit in populos, Philippi auto Græciam evertam esse. *Pomianus de Liberalitate, cap. 18.*

AVARITIA ENA HÆI, CAPTANS, EXIGENS, ACCEPTANS.

Tertia hæc Avaritia species est, quam *επιπλοκα*, & *πλοκα* appellare possumus. Ploca hæc insultrata species, plus sibi quam aliis tribuens, in genere ad quamvis cupiditatem quorumvis bonorum pertinere potest. In specie verò, quatenus circa hoc vel illud genus bonorum versatur, ratione scilicet materis subiecte, modo ad Avaritiam, modo ad Ambitionem referenda venit. Sic ergo hoc in loco munus acquirenda pecunie studium *πλοκα* est: quommodum prima species in erogando consistens, *δωδ* & *επιπλοκα* est. *dicere.*

A dicebatur. Nisi quis tertiam hanc Avaritia speciem dividere velit, quod partim in appetitione avara, partim in acquisitione consistat. Appetitio interna est, & rationis fortassis appellari possit, quando vel in bonas res, & lucra appetunt, & ab alijs petunt: vel in bonas res, ut que munera plus satis expectant. Acquisitionem jam veluti in opus progreditur, eaque proprie dicitur, quando ea, quae commodè potest, sub qua omnis illicita, & inbonesta acquirenda sunt, ratio continetur. Observandum hic porro & illud, quod corruptela numerum respectu accipientis ob inbonestam causam, ut dicitur aut faciat indecorum quid, huius est loci: ut respectu Dantis, ad dnm avaram, & beneficii saenerationem pertinet.

QUI AVARI. POPULI.

Lacedaemonios fuisse fortidos, praeparatos, ac microscopicos (quo nomine significatur is, qui parva & precii propè nullius, nimio plus magni facit, & admiratur) cum multa coarctant, tum vel oraculum egregie comprobat: cuius in Boetii meminit. Pausanias quoque:

Ὁ φιλοχρηματία Σπάρταν ἔδει, ἄρα ὃ ἔδει.

Hoc est, Pecuniam studium ad interitum Spartam ducet, aliud vero nihil. Calvus lib. 18. cap. 6. Antiq. Lect.

Athenienses utique hanc avaritiam, id est, Aiticos portigit manum, etiam cum moritur. Huic adagio locum fecit Atheniensem in muneribus captandis, & aucupandis lucris insatiata cupiditas. Unde & apud Aristophantem frequens iocus in τὸν ἀποδοκίματον. Auctor Diogenianus, & Erasmus, & Calvus lib. 18. cap. 25.

Dionysius Halicarnasicus in volumine de Arte dicendi, testatur, Platonem in 4. de Rep. & 5. Legib. dixisse, Phoenices, & Aegyptios maris opportunitate usos, a natura factos ad pecuniam cogendam, mercantiamque exercendam.

Tartari nulla furta, rapinas, latrocinia, vim, usuram, praetemiunt. Fenerat pro virili quisque sua, decimam crediti aris partem quoque mense pro ere exigit. Item veltigalia crebra ac gravia. Tributis in primis regis, deinde sacerdotibus, post haec provinciarum praefectis, nunciisque solemnibus planè solvantur. Bossuet. lib. 8. Dec. 2.

GRAMMATICI.

Sp. Carbilus, Sp. Carbilius libertus, primus ludum Grammaticae aperuit, mercede docens. Plut. in Problem.

RHETORES, CAUSIDICI, ADVOCATI.

Olim tantus erat artis oratoriae quaestus, ut Gorgias Leon- tinus auream statuum solidam sibi posuerit Delphis. Plin. cap. 4. lib. 33.

Demosthenes quaesturiam habuisse magno cum dedecore eloquentiam perhibetur: qui adversariis in iudicio scriptis clam orationes Phormioni, & Apollodoro. Objectum quoque ei de regis pecuniis fuit, & damnatus ob Harpalum. Quamquam à Philippo, & Macedonum pecunia invictus fuit: superioribus tamen ex regionibus Suis, & Ecbatanis allato auro expositus, & demeritis, praedicare majorum virtutes praclarissime potuit, imitari non potuit. Plut. in Demosthene. Citrolaus eum à Mileis auxilia postulantis corruptum scribit: neque id obsecrare tulisse. Nam cum interrogasset Aristodemum actorem fabularum, Quantum mercedis, ut ageret, accepisset? & Aristodemus, Talentum, respondisset: At ego plus, inquit, accepi, ut tacerem. Causus Graecus in oratione sua, qua legem Aufesam diffusit, Demadi hoc tribuit non Demostheni. Gellius lib. 12. cap. 9. & 10.

D Harpalus, male sibi ex lusu conicius, & Alexandrum iam terribilem amicis, tremens, DCCL. talenta depeculatus, profugit ex Asia Athenas. Huic ad populum confugiendi, seque in fidem ejus cum pecunia, & navibus permittenti, ceteri oratores auro oculis adiacientes praesto fuerant, consulueruntque populo, ut supplicem reciperet, ac tutaretur. Demosthenes suasit primum, Harpalum ut abigerent, & Antipater traderent, caverentque, ne nullo necessario aut iusto praetextu civitatem implicarent bello. Inde paucis diebus cum recerneretur pecunia, conspicatus delectatam caelae regio Harpalus, caelaturamque confidatentem, & speciem, fuisse, ut manibus cum tractaret, & libramentum pensaret auri. Admirante pondus Demosthenes, atque, Quantum penderet, requirente? aridens: Pendet, inquit Harpalus, tibi viginti talenta. Mox insequente nocte calicem ei cum viginti talentis misit. Acute autem Harpalus ex obtutu, fronte exportrecta, coniectu oculorum, notavit cupidum auti hominis sensum. Neque enim restitit Demosthenes, sed ictus munere, ut si praesidium receperit, adiunxit se Harpalo. Postridie collo lana & falcis diligenter obliga-

to in conionem progressus, cum excitaretur ad dicendum, nutu ostendit, praesclusam sibi vocem esse. Ibi homines faciti cavillantes, non angina dixerunt, sed argentan- gina oratorem nocte correptum, ἀργυροχρησίδι ἔσπευσεν. (Alii tamen hanc simulationem non Harpali, sed Mithri- dorum causa auxilium petentium factam putant.) Post ubi univertus populus donisensit labefacturam, purgare- que se parantem, atque placare, ipsam non audivit, sed obrepuit infensus: exurgens quidam falcem ait: Non audie- tis, Athenienses, istum, qui calicem habet? Non audie- tis, Athenienses, istum, qui calicem habet? Harpalum autem urbe exemplo interdixerunt, ac veriti, ne rationem reddere cogenterent Alexandro pecuniam, quam ceperant ora- tores, quaestione accuratè habuerunt, quam ceperant ora- tati sunt. Demostheni lis aestimata talentis quinquaginta. Quam cum pendere nollet, in exilium abiit. Plut. in Demo- sthene, & Gellius. Cum ab Harpalo poculum ingens dono accepisset: Hic, inquit Corydus, alios acriothonas, hoc est, bibulos appellat, cum ipse magnam pateram atraxerit. Cochon cyathus est fœcilis, qui accipit donum, & attrahit vinum qui bibit. Erasmus lib. 6. Apoph.

Idem cepit de Ephialte concionatorum uno autum, qui ad regem functus legatione clam artulit pecuniam, qua con- cionatoribus divisa, bellum adversus Philippum populus conficere, atque ipsum seorsum ab rege ajunt Dario eorum redemptum fuisse millibus. Plut. in vita Demosth.

Cum Polus hitrio eidem aliquando dixisset, quod duos dies in scena egisset, talentum se mercedis accepisset: Ego, inquit, quinque talenta, quod biduum taceverim. Idem.

Hortensius orator defensionis mercedem à Verre acceperat Sphingem argenteam. Is cum M. Tullio obiit, qui quidam, & involutus loquuto dixisset: Non didici solvere anigmata: Atqui, inquit Cicero, Sphingem habes domi. Nota est fabula de monstro Sphinge, quae praemis propulsus edebat anigmata: non solventibus autem, mors erat praem- ium. Plut. in Rom. Apoph.

Vinculus quidam advocatus erat homini praediviti, sed avaro. Cum multoties illi in causis afuisset, neque quicquam tulisset praemii, tandem difficilius in causa, qua sibi adesse ad eum dependendum rogat, die ad tuendam causam praescritto (eo autem die cliens fucus, & perfida ad- vocato illerit) ad tribunal accessit. Adversarius multa contra illum dicentibus, semper clauso ore tacuit, neque verbum ullum quamvis lacessentibus illis unquam protulit. Admirantis singulis, cum cliens, Quoniam illud silentium tibi velis, percontaretur, Perfida, inquit, scitque quos misisti, ita os meum congelatum, ut nequeam verbum proferre. Poggins in Facetis.

POETA.

Simonides poeta rogatus à quodam, ut encomium in ejus scriberet laudem, gratiam loco muneris accepturus: respon- dit, Duas se habere arcas, unam gratiarum, alteram argenti. Hanc, cum aperiret domi, subinde plenam reperire, illam ve- rò inanem, & vacuum. Pecuniae studio in Siciliam ad Hieronem tyrannum navigavit. Unde Simonidis mendum, in eos proverbio jactatur, qui lucra causa verius faciunt. Ipsum certe Chamælon κίβηκα appellavit, id est, pecuniae avidum. Ab Hieronis uxore interrogatus, Meliusne esset divitem à fa- pientem esse: respondit: Longè se frequentius intreri fa- pientes in divitum januis, quam contra. Interrogatus, Cur H ierone avarus relinqueret: Cum moritur, inimicis malo pecuniam relinqueret, quam vivens amicis egens experiri. Gyrald. Dialogo 8. Hist. poet. Refert Aristoteles lib. Rhet. 3. in certamine multorum, cum is, qui vicerat, dixisset esse pretium pro carmine, Simonides recusavit, indignans mul- tos celebrati suo poemate: verum ubi victor dedisset satis magnum praemium, carmen tale fecit:

Χαίρει ἀλλοπαῖδων θυγατέρες Ἰππάρου. id est, Salvete volucrispedum soboles equestrum.

Seutippus Platonis ex sorore nepos, ad nuptias Cassandri regis Macedonum profectus, frigida (ita poemata spe pre- mii recitavit. Unde ἰσχυρομαχὸς à Philostrato in vita Apollonii appellatur. Gyrald. Dial. Hist. poet.

Pindarus hymnum secundum Ithimum Xenocrati Agri- gentino scripsit, & transmisit eum per Niciasippum veluti legatum ad Trafybulum filium Xenocratis, ut & ipse cum le- getet. A principio statim expositulatur cum eo, quod non di- gnam pro conscripto priore hymno à Xenocrate mercedem acceperit.

Oi

A Oὐ τὸ πάλαι, ὃ θρασύβουλον, ἠθέτες, ἴσοι χερσαύων, ἔς θύρας ποσειδῆ ἔβαιον. Κλοπὴ σπυριγγί σκαλαπύδατος, Πύρα πεδύνης ἐπέδ. οὐ μελλήσων ὄμους, ὅστις ἰόν καλοῖ, ἄχρον δερσώτατος. Εὐδύρον ἠναστέρην ἀδίκαν ἵππαρον. Ἄ μύστα φὶ ὄφιον ἠράδης πο τῶτε ἴδ, ἔδ ἰσχυρῆτι. Οὐδ' ἐπὶ ἀρατὸν γυλιῖται. Μελίφρογγι ποτὶ τερ- λυγῆρας Ἀργυραδύσαι ἀφῆστα. Μελῆκαίοντι ἀδικαί. Νῦν δ' ἐστὶν τῶ γαίω ἐν ἔξω. Πύρα, τὴν ἀδύνατος ἀγχετα βαίνω, Χρηματα χρηματῆ ἀβίρ. Ὅς εἰ, πύρανος ἔμε λευκοῖς ὃς ἑλῶν.

Veretes quidem, ὃ Thrahybe, homines, quicumque pul- craturam cutrum Musatum scandeant, inlytam tractantes B cytharam, faciliè in pueros concubant melitos hymnos, & ut quisque pulcher erat, sic Venereis habebat formosa: ad lucrum allicientem suavissimum florem. Musa enim non lucri studiosa aliquo pacto tunc fuit, neque mercenaria: neque vendebatur à Terpsicore dulces, mellisonæ, deargentea- tate faciem, molliquoque cantiones. Hodie verò permittit (Aristodemi Spartani) nobis Musa, hoc Argivi observare verbum, proximè ad veritatem accedens, Pecunia, pecu- nia vir. Sic dixit, qui cum opibus, tum quoque amicis destitutus erat.

HISTORICI.

Decem talenta Herodotus ab Atheniensibus dono acce- pitse ex Amytri rogatione civis Atheniensis, Diyllus narra- vit. Plut. de Herodoti malignitate. Pauslus loquitur in sua hist. Lustratorum res parè attingit, iratus videlicet, quòd cum Lustrator histozie scribenda mu- nus Joan. III. Lusitanie regi venie proponeret, Rex opti- mus non illum muneribus indicis ad res Lusitanorum virtu- te gestas monumentis illustrandas invitavit. Ofor. lib. 6. Rerum Emman.

MUSICI.

Nicostratus & Laodocus citharædi, cum inter se concer- tantent, dixit Nicostratus, Laodocus esse in magna arte parvum, et autem in parva magnum: satiusque sibi esse non domum divitiis, sed artem studio & diligentiè augere. Elian. lib. 4. de var. hist. Timotheus, cum in arte musica omnium praestantissimus esset, duplicem mercedem exigebat ab his, quos ab aliis mag- istris malè institutos acciperet (quòd hi prius dedecendi quam erudiendi erant) à rudiioribus verò & ignatis, sim- plicem. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.

PHILOSOPHI.

Plato Rex Siculam Charybdim, ac Siculas opes emensus esse fertur. Apollonius Tyræus arguebat eundem, quòd pec- unia causa fecutus esset Dionysium in Siciliam. Proinde di- cebatur in eum tritum illud, ἵππας ἐπὶ ἀλάδω, id est, concu- pivit aulam fatinam, quòd domesticam tenuitatem petrefus, apud alios lautorem vitam quaesisset. Quam quidem pro- fessionem probo illi datam fuisse, testatur etiam Aristides in Oratione, qua neter oratores quatuor adversus Platonis D calumniam. Erasmus in Adagio.

Atitippus Cyrenæus, & Helicon Cyzicenus, & Phacton, cum Rhegio exularent, ita Dionysii subierunt thesauros, ut vix inde emerent. Atque etiam Cnidium ajunt Eudoxum aliquando venisse in Aegyptum, ac professum se pecuniae causa adesse, eaque de re locutum esse regi. Speuippus Athe- nienfis ad Callandri nuptias in Macedoniam comesturum profectus, & poemata frigida composita: a se se mercede can- tillavit. Suidas.

Aristippus Cyrenæus, Socratis auditor, primus Socra- ticorum quæstu philosophatus est. Hic ab eo, qui sibi silium commendat, quingentas petit drachmas. Cui ille cum dixisset: Tanti emergere mancipium valeo: Eme, inquit, & habebis duo. Laert.

Atitippus quondam petiit talentum à Dionysio: cumque Rex redarguendi nactus occasione, diceret: Nonne tu praedicebas, philosophum non egere? Da, inquit, & postea de hoc disputabimus. Cum accepisset pecuniam: Annon, inquit, recedè dixi, philosophum non egere? Non eger, qui cum opus est, habet, unde accipiat. Laert. lib. 2. cap. 8.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

Hermodoto Sicno, auditori Platonis, virtio datum, quòd E quaestui philosophiam habuerit, & dicta quæ sub praepro- re audiverit colligendo, ac dein in Sicilia venditando, mer- catutatum quodammodo exerceat. Volaterran. lib. 15. An- throp.

Antisthenes Cynicus interrogatus, Cur tam paucos habe- ret discipulos? inquit: Quoniam depello illos virga argen- tea. Sentiens, idèd paucos venire, quòd magna mercede do- ceret. Vulgus autem magis amat pecuniam, quam sapien- tiam:

Scire volunt omnes, mercedem solvere nemo.

Laert. lib. 6. c. 1.

Adolescens quidam Ponticus pollicebatur se rationem Antisthenis habiturum, si navis sua, quæ fastimenta veh- bar, appulisset. Antisthenes accepto novo vase, una cum adolescente ibat ad mulierem, quæ vendebat farinam: & im- pletro vase, cepit onustus discedere. Mulieri verò poscenti fa- rinæ pretium, commonstrato adolescente: Hic (inquit) da- bit, si navis cum à fastimentis appulerit. Significans, inanes esse in diem pollicitationes, cum farina quotidie sit praesenti pecunia emenda. Idem.

Diogenes Epicureus vestem purpuream, & coronam au- ream ab Alexandro Antiochi Epiphaniis filio extorserat, quam postea meretrici cuidam dono dedit. Athen. 15. c. 10.

THEOLOGI, MAGI, VATES, SACERDOTES, MONACHI.

AVARI.

Pontificum exempla avaritiae sequentibus locis perantur. Apud Israellitas, dum adhuc in Silo templum esset, Pon- tifices hoc jus habebant in populum, ut quocumque sacrifi- cium faciente, dum caro coquebatur, venderet puer Pontificis, fuscinam tridentem ferens, qua in lebctem aut ab humi- missa, quicquid extrarehebatur, id sibi Pontifex vendica- bat. Etiam ante incensum suffitu adipem, veniebat Pontificis puer, & immolatori jubebat, ut carnem daret assandam Pontifici: Pontificem enim ab eo non esse codam, sed cru- dam carnem sumpturum. Filii igitur Eli Pontificis duo ne- quissimi, Phinees & Ophi, hac libertate abutebantur, & rapie- bant etiam nolentibus per vim, praeter supra qua inte- rebant mulieribus illuc venientibus. Ob que scelera gravi elade à Palestinis affecti sunt Israellitæ, & arca Domini ab iisdem capta, Phinees & Ophi in acie caesi. 1. Reg. 2.

Sacerdotes Judæorum volentes populum frequentè of- ferre, permittebant, ut ea que offerri poterant, venderentur in templo. Hac etiam de causa dicebatur aurtum templi fan- ctius esse templo, & donum quod erat super altare, majoris esse reverentia, quam ipsum altare. Math. 23.

Sophocles in Oepido tyranno, inducit Oedipodem infi- mulantem conditionis Creonem, ac Tiresiam augurem criminantem, objicientemque illi cepitatem: Ὅστις ἐν τοῖς κέρ- δειν Μόνος δέδωκε, τὴν πύργον δ' ἵψο τυράννος. Pictorius lib. 3. Var. lect. cap. 20.

Pythia pecunia corrupta fuit ab Atheniensibus, ut quo- ties viri Spartiatae venirent, sive privato, sive publico agmine perentes oraculum, proponeret ipsis, liberare Athenas. Her. lib. 5.

Antiochus Ptolemaidis Phoenicie Episcopus, tempore At- cadii, vir maxime facundus, & ob id à multis Chrysolomus dictas, Constantinopolim se consulti, & ibi concionando mag- nas opes collegit, quamvis adversus avaritiam longam vo- lumen composuerit. Diem suum tandem male obiit: ut alii inimici Joannis Chrysolomi Episcopi Constantinopolita- ni. Sexomem. 18. cap. 10. Ejus exemplum imitatus est Seve- rianus, Gabalanorum in Syria Episcopus, Antiocho sola pronuntiatione Syriaca & crassa inferior: qui Episcopatui Joannis Chrysolomi insidiatus est, & tandem male perit. Sexom. lib. 13. cap. 26. sub Theodosii Junioris imperio.

MEDICI AVARI.

Aesculapius auro allectus Hippolytum vitæ restituit. Quod indignè ferens Jupiter, utrumque fulmine percussit. Sic de eo Pindar. Ode 3. Pythiorum. Ἀλλὰ κέρδιε κὶ σοφία δίδεται. Ἐστὰς κέρδιον, ἀγαθὸς μὲν δὴ, χερσὶ δ' ἔχει παρῆς, Ἄσπερ ἐν δαυατο κούρατος, Ἡ δὲ ἑλακώτα, χερ- σὶ δ' ἄρα κρονον Πύλας δὲ ἀγροῖν, ἀμπεδὸν Στίριαν κερδίνου Ὀλίως, ἄδων δ' κεραι- ρὸς εὐκλαμὸς μέρον.

A Sapientia certe etiam ipsa luero vincitur. Evertit & Esculapium ingenti precio, aurum in manibus apparet, dum ab inferis ad vitam revocaret Hippolytum, qui tunc morte captivus tenebatur. Manibus itaque suis Jupiter de recto capri ambotum pectora vitam ei ademit celeriter, utriusque saltem mortem intulit.

Democedes Crotoniensis, Darium Persarum regem curavit, cum pedem luxasset. Ob quam curationem, cum eum Rex duabus aurearum compedum paribus donasset, interrogavit Democedes, Nunquid ideo se duplici malo remunerandum putaret, quod ab eo sanatus esset? Hoc dicto Darius delectatus, ad suas uxores hominem misit. Quae ipsum tanto donaverunt munere, ut excidentes ex percussione phalarum frateres famulus Sciron collegerit, non patravam auri summam. Herod. lib. 3.

Melampus, cum ab Argis mercede conduceretur a Pylo, ad compellendum morbum furoris mulierum Argiarum, deposebat pro mercede dimidium regni. Reculantibus id Argis atque digressis, cum plures e mulieribus infantere, Melampo, quae cumque peterat, concesserunt. At ille statim plura petit: nimirum ut fratri quoque suo Bianti tertiam partem regni darent. Argii in arcum redacti, hoc quoque annuerunt. Itaque tertia sola pars Anaxagorae, qui tunc Argis impetrabat, reliqua mansit; teste Pausania in Corintho.

Philippus avarum nactus Medicum, & indefinenter efflagitantem, cum ea parte, qua collo adnectitur pectus, quae Graeca voce κλην, Claviola dicitur, vulnerratus esset, & curaretur, insurrexit Medico avaro.

Capere, inquit, quantum libet, quando clavem habes. Erasmi in Apoph. ex Plat.

Charmis Massiliensis ab aegro uno ex provincialibus Romanis ducenta extorsit. Alcon vulnerum Medicum hunc centum damnatus a Claudio Imperatore, & relegatus, & Gallia tandem restitutus, non minus intra paucos annos acquirit. Plin. lib. 29. cap. 1.

Martia de Gradis Florentinus, medicae artis scientificissimus, multa in eo genere scripsit. Nullus unquam carius suam operam locavit: nullus principis curationem recepit, nisi grandem mercedem pactus. Accersitus ab Honorio IV. Pont. non prius eum adiit, quam tres libras auri sit in singulos dies pollicitus. Ceterum Pontifex diligenter curatus, centum auri libras libens illi obtulit. Sabel. lib. 7. Epist. 9.

Gulielmus Harcellus, Medicus Laudunensis, cum Carolum VI. Gallorum regem ab infania liberasset, mille coronatis aureis donatus est: homo ut singulari mendendi felicitate celeberrimus, ita insigne avaritiae notissimus. Ultra triginta Francorum millia possidebat, ampliusque arte quaestum quotidie faciebat, & tamen ne ultra duos solidos in diem expendere, arorum prandia & coenas studiosè captabat. Joan. Froissardus lib. 4. cap. 5. Histor. Gallicana.

Jacobus Corterius Medicus ita dementat Ludovicum XI. Gallorum Regem, qui nemini hominum alioqui fidebat, ut avarissimi medici nutus jusque omnia observare cogere. Quinquaginta quatuor coronatorum aureorum millia, quinque mensium spacio, dum castra sequitur, a Rege periculosissimo extorsit: suoque nepoti Episcopatum Ambianensem, amicis dignitates amplissimas, impetravit. Regem de insolentia salarii, sed verborum, quibus erga regem, tanquam erga mediastinum dominus utebatur, apud intimos conquerenti: Quere ergo tibi alium medicum, inquit, ceterum certo scito, me dimisso, te ne per oedivium quidem superviditurum. Hicce minis regem ed compulit, ut quem tota Gallia & vicinae gentes metuebant, is medicum foetidissimum tanquam vitae suae arbitrum omni officiorum genere & adulatione coelet. Philippus Commenens.

Thaddeus Florentinus Medicus, ad curam aegrotorum extra urbem vocatus, non vilius quam quinquaginta aureorum mercede in singulos dies egrediebatur: vocatusque ab Honorio IV. centum sibi statui voluit, praeter mercedem. A quo curato decem millia reportavit. Vollateran.

Zerbus Medicus Italicus, cum accitus grandi pecunia penetrasset ad Triballorum Scanderbassam, recenti & luctuosa in Euganeis irruptione clariss. intercutis morbo liberaret: nec demum quod instaret promiserat, morienti praestaret, a Barbaris scrivis interfectus est. Lovius in elogio Turriani.

Lippiens anus Medicus operam implorat, conventionione

facta, si se curaret, pactam mercedem daturam: si minus, Ene obolum numeraturam. At medicus quoties ab ea impositis collisus recederet, furto secum aliquid de domo auferbat. Demum cum convalesceret, & de mercede a medico interpellaretur: Atqui, inquit illa, minus nunc quam olim video: plura enim in domo vasa instrumentaque lipiens conspiciebam, quam nunc sana conspici possim. Gilbertus Cogn. lib. 1. Narrat.

Petrus Aponensis, Conciliator dictus, vocatus ad aegros extra urbem, non minoris quam 50. florenis in diem conduci se patiebat. Ab Honorio IV. Pontifice in singulos dies centum exegit. Sed cum ille sanitatem recuperasset, mille donatus fuit. Octogenarius obiit.

JURECONSULTI, CAUSICI, PATRONI, ADVOCATI.

Avaritia in exigendo a clientibus hujus est loci. Eadem ipsa, quatenus cum injuria aliorum conjuncta est, ad Injustitia locum pertinet.

VIDEATUR TITULUS DE ADVOCATIS.

REGES, PRINCIPES, TYRANNI AVARI.

Ex Tit. Avari in genere, quadam exempla huc traduci possunt, quatenus ad istum pertinent. Ex Tit. quinetiam Principum improborum, Tyrannorum. Illic improbabitur in genere, sive multiplex perpenditur: hic sola improbitas pecuniaria.

Proteus filius, in Aegyptiorum regem electus, vedigalibus & accumulando thesauro intentus, neque Deorum munibus, neque ulli beneficentiae vacans, plus auri atque argenti, quam praeteriti reges omnes, reliquit. Diodor. Sic. lib. 2. cap. 2. de Keb. antiq.

Cleopatra Aegypti regina apud M. Antonium Triumvirum multum poterat iretutum suis amoribus. Cumque natura esset alieni appetens, nisi sibi putabat illicitum. Primum fraterem, cui debebatur regni successio, veneno sustulit, agentem annum 15. Deinde Arsinoe sororem suam, Ephesi in templo Dianae supplicem, interfecit per Antonium. Pecuniarum etiam ubique spes affugeret, neque templum, neque sepulchrum, atque asyllum ullum unquam violare dubitavit, modo ad illam redirent spolia quaestita, vel facilega: miscebatque sacra, profana, fasnetas, ut augetur lucris & vel iniquissimis. Ad summum nihil satis erat mulier impudica & voluptuosa deditae, cujus cupiditates vis totus orbis expleri potuissent opibus: quamobrem & Antonium continuo sollicitabat, ut aliis ablata sibi largiretur. Ioseph. lib. 15. cap. 4. Antiq. Sic semper vita vitium ministrant, & Prodigalitati veluti lubricantur Avaritiae.

C. Jul. Caesar fuit in primis avarissimus, duo esse astruens quibus paretur principatus, custodiatur item ac augetur quoque: milites, & numariam vim. Sed haec mutis necdum auxiliis: quippe alimentis contineri milites, illa vero militari opte accumulati. C. lib. 20. cap. 24. A. L.

Idem in Hispania a Proconsule, & a sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium ariis alieni; & Lusitanorum quaedam oppida, quantum nec imperata detraherent, & adventi portas patefacerent, diripiunt hostiliter. In Gallia sana templaque deorum donis referta explavit, urbes diruit, saepius ob praedam, quam ob delictum: unde factum, ut auro abundaret, tenuisque millibus nummum in libras prometale, per Italiam provincialiaque didenderet. In primo Consulatu tria millia pondero auri furatus e Capitolio, Hic tandem inaurati auri reposuit. Societates ac regna precio dedit, ut qui uni Ptolemaeo prope sex millia talentorum suo Pompejique nomine abstulerit. Postea vero evidetissimis rapinis ac facilegiis, & onera bellorum civillum, & triumphorum ac munerum sustinuit impendia. Svetonius.

M. Antonius Triumvir in Asiam profectus, expoliabat homines nobiles facultatibus, quas verberonibus & adulatoribus largiebatur. Multorum fortunam viventium petebat, accipiebantque aliqui quasi mortuorum. Civis Magnetis bona coquo, qui unam cenam, ut fertur, paraverat scire, donavit. Ptolemaeo cum civitate altero tributo oneraret, ausus est Hybreae, qui pro Italia agebat, quiddam dicere, urbanum illud quid e, atque ad Antonii aures non illepidum sibi bis anno tribum vales exigere, vales bis autem statem nobis & bis fructus efficere. Sed cum acrimonia & confidentia adjecti, ubi ducenta millia talentum intulit Asia: Haec, inquit, si non accepisti, ab illis, qui acceperunt, repetet. Sin que accepisti, haec non habes, illis. Eo dicto vehementer pupugit Antonium. Nam pleuraque,

A raque, quae agebantur, ignorabat: non quod vita foret foecios, sed quia ex simplicitate credebat suis. Plur. in Ant. Tiberius Caesar excedit Cn. Lentulum arguente, patritio genere, vitaeque modestia ac virtute insignem, posteaquam eum haereditem scriperat. Veneticis Lepidam foeminam innocentissimam condemnavit, ut Quirino ditique orbo morem gereret: fretus, ob navatam eam operam, se ejus futurum haereditem. Vononum quoque Parthum, qui per seditionem regno pulsus, ad eum confugerat, posteaquam opibus spoliavit, quas ingentes attulerat, interemit. Fulg. lib. 9. cap. 4. ex Svetonio.

C. Caligula exhaustus sua prodigalitate, atque egeus ad tapinas convertit animum, vario & exquisitissimo calumniarum, & auctionum, & vedigalium genere. Negabat, jure civitatem Romanam usurpare eos, quorum majores sibi posterisque eam impetrasset, nisi filii essent. Neque enim intelligi debere posteros ultra hunc gradum. Prolata quoque divorum Julii & Augusti diplomata, ut vetera & obsoleta desebat. Arguebat & perperam editos census, & quibus postea quacuque de causa quicuque incrementi accessisset. Testamenta primipularium, qui initio principatus Tiberii, neque illum, neque se haereditem reliquissent, ut ingrata residerit. Item ceterorum, ut irrita & vana, quocumque quis diceret haereditate nisi destinasse. Quo metu injecto, cum jam & ab ignotis inter familiares, & a parentibus inter liberos palam haeres nuncuparetur, derisores vocabat, quod post non cupationem vivere perseverarent, & multis venenatis martyras misit. Cognoscebat autem de talibus causis, taxato prius modo summe, ad quem conficiendum confideret, confecto demum excubatur. Ac ne paululum quidem morae patiens, super 40. reos quondam ex diversis criminibus una sententia condemnavit, gloriatusque exiit exierat. In omni Caenonia, quantum egisset, dum ea meridiarer. Superante demum cupiditate atque avaritia, foeminarum mariumque lupanar in palatio condidit: ac misit, qui per urbem curstantes, obvius, ut fructuosum vedigal principii redderent, invianter. Coacta igitur ex eo vedigali ingenti pecunia, in ea nudum se provolvebat, ut auri aviditatem explet. Sororum ornamenta, & suppellectilem, & servos magno pretio vendidit. Vedigalia Cnova & inaudita exercuit, nullo retum aut hominum genere omisso, quo non tributi aliquid imponeret. Pro dotalis (quae tota urbe veniebat) certum statuum exiebat. Fulg. lib. 9. ca. 4. ex Svet.

Nero ad edificandi furorem, super fiduciam Imperii, etiam spe quadam repentina immensatum, & recomditatum opum impulsus est: ex indicio equitis Rom. pro comperto pollentis, thesauros antiquissimos gazae, quos Dido regina fugiens Tyro secum extrulisset, esse in Africa vastissimis specubus abditos, ac posse erui parvula molientium opera. Verum ut eum scelleret, delituras, atque ita jam exhaustus, & egeus, ut stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protahat, ac differri necesse esset: calumniis, rapinisque intendit animum. Ante omnia instituit, ut e libertorum defunctorum bonis, pro semisse, doderans cogere ei, qui sine probabili causa eo nomine esset, quo fuisse illae familiae, quas ipse contingeret: deinde, ut ingratorum in principem testamenta ad situm pertinerent: ac ne impune esset studiosis viris, qui scripsissent, vel dictasset ea: tum ut lege majestatis facta, dictaque omnia, quibus Nero delator non desset, tenerentur. Revocavit & praemia coronarum, quae inquam sibi in certaminibus civitates detulissent. Et cum interdidisset usum amethysti ac Tyrii coloris, submisissetque, qui undanarium die pauculas unctas venderet: praeculit cunctos negotiatores. Quinetiam inter canendum animadvertit matronam e spectaculis, veritatis purpura cultam demonstrasse procuratoribus suis creditur, detraetaque illic non veste modo, sed & bonis exiit. Nulli delegavit officium, ut non adijceret: Scis, quid mihi opus sit, & hoc agamus, ne quis quicuque habeat. Ultimo, templis complanibus dona detraxit, simulacraque ex auro, vel argenteo fabricata confavit, in his Penarium deorum, quae mox Galba restituit. Suer.

Vespasianus Imp. ob solam pecuniam cupiditatem culpari meretur. Non enim contentus omnia sub Galba vedigalia revocasse, nova & gravia addidisse, & auxilii tributa provincialis, nonnullis & duplicatis: negotiationes quoque vel privato pudenda proplam exercuit, coemendo quadam tantum, ut plaris postea distraxeret. Nec candidatis quidem honores, seive tam innocuis, quam nocentibus abo-

L. B. Theatr. vit. Hamon. Tom. I.

lutiones venditare cunctatus est. Creditur, procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solius promovete, quod locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro spongiis dicebatur uti, quod quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humentes. Quidam natura cupidissimum tradunt, idque exprobatum ei a deni bubulo, qui negata sibi gratuita libertate, quae imperium adeptum suppliciter orabat, proclamaverit, Vulpem pilam mutare, non mores. Sunt contra qui opinentur, ad manubias, & rapinas necessitate compulsam, summa avaritia sicque inopia: de qua testificatus sit initio statim principatus; profectus quadringentes milles opus esse, ut respublica stare posset. Quod & verissimum videtur, quando & male partis optimè usus est. Suer.

Flavius Domitianus Imp. exhaustus operum ac munerum impensis stipendioque quod adijcerat, tentavit quidem, ad revelandos castrenses sumptus, militum numerum diminueret: sed cum obnoxium se Barbaris per hoc animadverteret, neque secutus in explicandis oneribus omnibus haereret: nihil pensi habuit, quin praeteraret omnimodò bona vivorum & mortuorum usquequaque, quolibet & aculatore & crimine corripiebatur. Satis erat objici qualecumque factum, dictumque adversum majestatem principis. Confiscabantur alienissimae haereditates, vel existente uno qui diceret, audisse se ex defuncto, cum adhuc in vivis esset haereditem sibi Caesarem fore. Praeter ceteros, Judaicus sileus acerbellimè exactus est: ad quem deferebantur, qui profecti Judaicam intra urbem viverent vitam, vel distimulata origine, imposta genti tributa non pependissent. Interfusa me adolescentulum memini, inquit Svetonius, cum a procuratore, frequentsimoque consilio inspicere nonage-narius lenex, ac circumsectus esset.

Antonius Catacalla, quando principatum tenuit, adeo omnis orbis terrarum, qui erat sub ejus imperio, vastatus atque direptus est, ut ludis Marcianus populus Romanus ita conclamaverit: Nos vivos perdimus, ut mortuos spehiamus. Crebro dicebat, pecuniam sibi soli esse oportere, praeterea nemini, ut eam daret militibus. Cumque Julia noverca ipsum argueret, quod minus sumptus faceret in milites, diceretque non sibi multos redditus jure aut injuria partos reliquos esse: gladium ostentans, respondit: Bonis is animo, mater; nam nobis, quamdiu hanc habebimus, pecunia non deerit. Dion. & Xiphil.

Maximus tyrannus, caelo Gratiano Imp. Gallia & Hispania occupata, omnibus rebus ad voluntatem fluentibus, usque adeo est elatus, ut fortuna prosperitatem animo caere non potuerit, ac Italiae etiam occupandae consilio suscepto, cogenda pecunia causa, omnia avaritiae ac rapacitatis exempla ediderit. Siquidem, ut Pacatus dixit, vacavit municipibus suis civitates, implevit exulibus nobilissimas solitudines, perfunctorum honoribus summis vitorum bona publicavit, capita diminuit, vitam aere taxavit: stabat ipse purpuratus ad lances, & momenta ponderum, nutusque trutinatum pallens atque inhians exigebat: comporbantur interim spolta provincialium, exivix exulum, bona pretemporum: hic aurum matronarum manibus extortum, illic raptae pupillorum cervicibus bullae, istic dominorum cruore perfusum pendebatur argentum: numerati ubique pecuniae, sicuti repleti, aera cumulari, vasa concidit, cuius ut inuentum non imperatoris domicilium, sed la-tronis receptaculum videretur. Et Italia quidem Valentini-ano expulsi, eaque simul & Africa potius est: verum a Theodosio Magno & vita & imperio extus fuit. Sigonius lib. 9. Imp. occid.

Mauritius genere Cappadox & successor in Romano Imperio Tiberii Ioceri, ob avaritiam desertus a militibus, a Phoca centurione limitis Scythici captus, & securi percussus est. Volat. lib. 23. Anrop.

Phocas post Mauritium ob avaritiae morbum primum contumelias attentus, e medio sublatus est, cum imperasset annos 13. Ibidem.

Anastatius Rom. Imp. universum imperium Aristocratiam effecit, magistratibus omnibus vendendis, & delinquentibus ignoscendo, inexplabili pecuniae aviditate insensum. Udae factum, ut provinciae militaribus catalogis exhaustus, provinciales rebus infectis & peregrinis percellerentur. Neque enim armis infectis & peregrinis percellerentur. Neque inde pacem redimebat. Ad haec in bona defunctorum inquirebat, & communem omnibus paupertatem donabat. Quorum enim ipse rem familiarem aufererat, his paulo